Ab̄u-Masar Gafar Ibn-Mu.hammad ; Engel, Johann [Editor]; Johannes <Hispanus> [Transl.]: De magis conjunctionibus annorum revolutionibus ac eorum profectionibus octo tractatus Albumasar. Johannis Angeli correctione
Augsburg: Erhard Ratdolt, 31. März 1489 

declarat̄ in hac forma si deo placet. Profectio ab ascendente gentꝫ ab an
no imperfecto gezdargird. 141 . Hec est figura zahregata ꝑmutationis cō-
iunctionis de triplicitate aquatica ad triplicitatē igneā ⁊ peruenit annus
iste ab ascendente coniunctionis generis vsq3 ad cancrū : ⁊ a loco coniun-
ctionis vsq3 ad leonez ⁊ a diuisione vsq3 ad. 19. gradus scorpionis ⁊ fuit lu
minare maius in directo primi mobilis vernalis in isto anno ẜm. 7. horas
⁊ mediā diei. 23. de bahramech ⁊ ascendens ⁊ loca planetarum ⁊ canon ⁊
ordines sunt ẜm hanc formā ẜm ꝙ est in ea ⁊ era ẜm quā equatum est scri-
pta est in medio eius si deo placet. ¶ Et quia auxiliante deo iam descripsi
mus positiones orbiū in temporibus inceptionū trium ab impressionibus
eorum vniuersalibus ⁊ fiunt directiones earum vsq3 ad locuz profectionū
in mamareth annoꝝ. Restat ergo plus necessariū narrare de numeris an-
norum persicorū qui sunt inter annū in quo fuit sol prima die annoruz gez
dargird quo alleuiet̄ qualitas sciē profectionū in quo tempus affectet̄ sciā
illius ⁊ consequet̄ illud scientia qualitatis profectionuz ⁊ coniunctionum.
¶ Dicamus itaq3 ꝙ tempora comprehensa inter primuz diem anni in quo
fuit luminare maius in directo primi mobilis vernalis anno ꝑmutationis
almanar significantis gentē ⁊ inter primum diem algira sunt. 51. āni ⁊. 2.
dies ⁊. 16. hore persice. Et a primo die alhigite vsq3 ad primuz diem regis
iezdargird filij sarach. 9. anni ⁊. 11. menses ⁊. 9. dies persici erit collectio
huius. 61. anni ⁊ duo menses ⁊. 12. dies ⁊. 16. hore. ¶ Cum ergo volueris
scire signū profectionis ab ascendente ꝑmutationis almanar de triplicita-
te aerea ad triplicitatē aquaticā significantē gentē in mamar annorū ad-
de ergo super annos iezdargird ꝙ est inter primū diem anni gentis ⁊ inter
eos semꝑ ⁊ incipe proijcere a libra ⁊ quo ꝑuenerit illic est profectio ab ascē
dente gentis. Cum aūt volueris ꝓfectionē a signo cōiunctionis gentis erit
ergo ꝓiectio a scorpione. Et si volueris ꝓfectionē ex signo reuolutionis erit
ergo ꝓiectio ex signo geminoꝝ. Et si volueris ꝓfectionē ex gradu directio-
nis erit ergo ꝓiectio ex gradu pisciū. 20. om̄i gradui ann⁹ ⁊ quo ꝑuenerit il-
lic est grad⁹ diuisionis. Cūq3 ergo steterit in gradu ꝓfectionis in hora qua
est luminare maius in directo grad⁹ mobilis vernalis tūc ꝙ plus ē neces-
sariū est vt addant̄ oī gradui quē sol abscidit de gradib⁹ orbis. 10. secūda
⁊ erūt oīa collecta cū ipse abscidat reliq̄ signa. 5. m̄. Utēdū ē hac considera
tione ab hora qua abscidit oēm diuisionē ex diuisionib⁹ orbicularib⁹ quo
vsq3 ꝑuenit ad finē diuisionū ei⁹ ꝙ est finis pisciū ⁊ quātū oportet de addi-
tione graduū ꝓfectionis ẜm ꝙ ꝑmisim⁹ oī signo. 5. m̄. integri gradus ⁊ ẜm
hūc modū scient̄ ascendētia alfirdariech extracta cū duodenaria ex signo
profectionis ⁊ anguli eius ex ascendente almanar ⁊ angulorū eius et con-
uenientia gradus profectionis ⁊ angulorum eius et qui eum gradus pro-
fectionis ⁊ angulorum eius ad signum almanar demonstrans sanitatē ab
ascendentibus annorum horarum in quibus contingunt indiuidua terre

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-360/0232
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG